

Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo de mensse ianuarii, Deo auctore potestariam nostram beatorum Iusti Sergii Servuli Laçari et Apolenaris sufragiis gubernante, que nobis permissione celestis gratie colata [est], et bella
 5 feliciter peragimus et pacem viribus decorantes statum patrie honorabilius sustentamus. Hinc itaque adeo nostros animos ad auxilium Dei ereximus ut non de nostra nostrorumque fidelium potencia seu ingenio confidamus, sed omnem spem ad so-
 10 lam referamus Summe Providencie Trinitatem, unde et mundi huius elementa sub quadam nebulla processerunt et in orbem terrarum eius dispositio est producta. ¶ Cum igitur nil tam studiosum reperiatur in rebus quam venerabiles santiones per quas res divine humaneque ab improbis proteguntur et suis
 15 propulsionibus omnis iniquitas refrenatur, exstimamus necessarium utile possibile et honestum ad ipsam tramitem propellare, ut earum metu humana refrenetur audacia tutaque sit inter inprobos innocencia, et ipsis improbis refrenetur nocendi
 20 facultas suplitio formidato, per quas (in) ius suum unicuique tribuitur. ¶ Reperimus namque omnia statuta a nobis et predecessoribus nostris edita tanta confusione subnixa, ut iuxta eorum indebitam compositionem de quorundam observatione quibusdam omnibus pretermis-
 25 sissis frequenter nostri predecessores et iudices vacilabant. ¶ Qua pro[p]ter nos Iohannes Foscharo de Veneciis potestas dicte civitatis una cum iudicibus nostris dicte civitatis, scilicet dominis Quaglotto condam domini Bo-
 30 nomi Henrico Ade Octobono de Iuliano atque nostro maiori consillio, // viros disertissimos, videlicet dominos Antonium de Lafranchociis de Mutina, Nicolaum del Ferro de Parma, vicarios et assessores nostros iuris utriusque peritos, ac eciam dominos Amiço Masellum, Iustum de Iudicibus, Albericum de Bascillo, Hectorem de Canciano, Bartholomeum Gremonum,

11 A

11 B